



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Qui sit permutatio, & quomodo à venditione distinguantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

directo, deterior fiat; si vero profensus hic fuerit in religione incapaci bonorum stabilium, transtulit ad heredes, vel proximum consanguineum, qui ab intestato succederet, vel si nullus talis adsit, exspirat Emphyteusis. Si autem sit Emphyteusis ex pacto & providentia, perti-

net ad eos, qui secundum iurum vocantur, cum profensus talis pro tuo habeatur. Plura de re iuria de feudis Feudistis disponuntur, quibus multam affinitatem habet phycensis.

TITULUS XIX.

DE RERUM PERMUTATIONE

§. I.

Quid sit permutatio, & quomodo à venditione distinguatur?

Permutatio latissimè & in genere sumpta, quamvis omnes contractus reciprocos, & non gratuitos, etiam in nominatos, in quibus aliquid ultrò citroque datur, complecti possit, specificè tamen, & strictè sumpta definitur esse certa rei pro altera, vicaria & mutua praestatio. Sive ut dicunt alii: est contraetus innominatus juris gentium, & bona fidei, re & consensu constant, in quo certa res in specie, seu individuo, cum alia res certa & individua speciei commutatur. Ex qua descriptione etiam pater, quod in eo potissimum à venditione differat permutatio, quod in illa premium, sive pecunia pro re detur, in permutatione vero res pro re; venditio solo consensu contrahentium substantialiter perficiatur, permutatio vero rei tradizione, seu mutuâ rerum translatione. &c.

§. II.

An, & quatenus prohibita, & permissa rerum Ecclesiastica permutatio?

Permutari res Ecclesiasticae sunt aut mobiles pretiosas, que servari possunt, sive causis & obtemperibus à iure requisitis non posse, et jam patet: & ex cap. 2. b. ita ut res illegitimè factæ commutationes possint & certæ pœna ab illegitimè partibus, si traditione utrinque illa mutatio sit completa, incursum cum talis permutatio speciem alienis habeat. Si tamen Princeps, et Ecclesia magnus Patronus, potest Ecclesia multum meritus, ex ratione causa permutationem talem res Ecclesiasticae immobilis petat, etiam aliam rem immobilem quidem virtutis & precii, licet ea fieri potest, alia causa, adhibitis tamen alijs lemnitatis, & sanctione præcepticâ, aut Imperatoriâ, vel à Princeps tentâ confirmatione, prout ex cap.